Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26450
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Inter potentes atque egenos dividere
Satis beatus quisque dextram porrigit
Laudis rapacem prodigam pecunie
Cuius sinistra dulce factum nesciat
Illum perennes protinus complent opes
Ditatque fructus fenerantem centuplex

Metrum sapphicum endecasyllabum constat
quinque pedibus trocheo spondeo dactilo
et duobus trocheis quinque versus continet

Xpiste servorum regimen
tuorum mollibus qui nos moderans habenis
leniter frenas facilique septos
lege coerces.
(i. impeditum vel gravatum)
Ipse cum portans onus impeditum
(paciencie)
Corporis duros tuleris labores
Maior exemplis famulos remisso
(i. leniter tractas)
dogmate palpas
Nona summissum rotat hora solem.
Partibus vixdum tribus evolutis
Quarta devexo super est in axe.
porcio lucis.
Nos breves voti dape vendicata.
(i. laudatum)
Solvimus festum fruimurque mensis
Affatim plenis quibus inbuatur (satiatur)